

ANNALES

TRACTATUS

IURIS,

DE

Ætate ad omnes humanos actus
requisita.



AVTORE

DON DIDACO

DE NARBONA I. C. TOLETANO,

Ed. de D. D. B. de S. G. de
Lamarego

Lamarego

UNIVERSAE AETATIS. Ezechielis III. Cap. III.

SVPER OMNIA

ex versione Sepwag.



ANNALES TRACTATUS

Iuris

DE AETATE AD OMNES HUMANOS
actus requisita

OPVS TAMIN SCHOLIS QVAM IN FORO
Versantibus æque necessarium

AVTORE

DON DIDACO de Narbona. J. C. Toletano.
Cæsarei olim, nunc vero Pontificij iu-
ris publico Antecessore.

AD ILLUSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM
D. D. DIDACVM DE CASSETON ET FONSECA
quondam episcopum Lucensem,
nunc maximum Supremi
Castellae Senat.
Præsidentem.

MANTVA CARPENTINA
EXCVDEBAT

DIDACVS DIAZ
scilicet Joannis Baptiste Maivus delinens.

EXPENSIS PETRI
COELLO.

ANNO MDCXLII.

Juan de Neve. Sculp.

El Ramiro

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. DIDACO DE CASTEJON ET FONSECA

Episcopo Lucensi

Maximo Supremi Senatus Castellae

PRÆSIDI.

ARCHIEPISCOPATVS TOLETANI PRO

Serenissimo Ferdinando Cardinali Infante Hispaniarum

Primate Gubernatori.

N publica hac vniuersi ordinis lætitia pro ea dignitate, quæ inter magnas maxima, te, Illustrissime Præses, vt tuis meritis iam pridem debita, incredibili rerum Hispanicarum profectu nuper exornat, quis non exultet, & communibus omnium populorum acclamantium suffragiis suas non adiungat voces, non extollat plausus; non cœlo grates referat, à quo talem Patrem venerari, & tanto Præsidi foueri, beneficij ingentis loco accipiat gratus nec esse est? Si hæc in vniuersum gaudia Hispanorum animos cõplent, quibus singillatim afficiemur. ij, qui tibi tot nominibus obnoxij, tot beneficiorum experimentis à te quasi empti, in tuo ære æternum permanebimus? Præsertim cum non nostra solù, sed Reipublicæ causa in summum hoc amplissimæ auctoritatis fastigiũ tuam Illustrissimam Dominationem euectam cõgratulemur. Nam si antiquam tui Generis nobilitatem respiciamus, cuius in obeundis huic equis muneribus præcipuus habendus est respectus, quiste vel Originis vetustate, vel Gætis claritate in Hispania oblundum non reuereatur? Nam tot ex illustrissima Familia tua viri magni semper eminuerunt, vt si ab illius cognomine non satis enituisent, à se se, possent & meritò inclarescere? Optima igitur naturæ melioris ope effectũ est, vt qui nobilibus debet Præsidere, nobilissimus omni-

ÆTATIS XXXVI.



Totius ætatis Didaco est obnoxia Fama;
Omnes ætatem qui docet ire supra.

D. D. Thomas Tomàs de Vergas pinxit et.

J. Joannes Baptista Mainardi delinxit.

D. M.º Eug. de S.º S.º.

ANNALIVM TRACTATVVM IVRIS

De ætate ad omnes humanos actus requisita

ANNVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

- C**onceptio maximè in iure consideratur, 1. & 25.
 Seruitus, libertas, & successio, à conceptione dependent, 1.
 Tempus conceptionis parum accurate à nostris disquiritur, 2.
 Seminis infusionem, & ipsam conceptionem nostri consulant, 3.
 Paulo I. C. nihil ad legalis scientia perfectionem defuit, 4.
 Medicorum iudicio circa conceptionis tempus standum est, ibi.
 Quam plurimi ex medicis conceptionem statim post congressum perfici putant, 5. & seq.
 Hippocrates adeo fuit medicinae peritus, ut in ea nec falli, nec fallere posse crederetur, 6.
 Conceptionis nomen à comprehensione dicitur, 7.
 Fœminam in balneo ex conuatis viri semine in aquam deciso concepisse, quidam referunt, 8.
 Sed id fieri posse negant plerique, ibi.
 Effluxus, & non abortus dicitur, quando intra septem dies à copula semen in vulua decidit, 9.
 11. & 17.
 Conceptio intra septem dies perficitur, 10.
 Effluxus solum de semine prædicatur, 11.
 Macrobij locusemendatur, 12.
 Distinctio est adhibenda inter conceptionis exordium, & implementum, 13.
 Conceptio sumit initium ab ipsa seminum commixtione, 14.
 Conceptio intra septem dies post congressum perficitur, ibi.
 Semen statim ac in vulua recipitur ad modum pultis, vel coaguli fit, 15.
 Semen in matrice spatio sex dierum lactis naturam retinet, deinde in sanguinè mutatur, 16.

Prohibitio accedendi ad uxores, quæ recentem conceperunt, intelligitur de perfectè conceptibus, 18.
Matrix, quæ post conceptionem clauditur, coitus sequenti delectatione irritata aperitur, 19.
Coniuges tenebantur à concubitu abstinere eodid quo filius in utero motum fecerat, 20.
Coniuges à copula abstineant, non qualibet conceptionis signa sufficiant, sed manifesta requiruntur, 21.
Signa conceptionis, etiã certiora, à fallacissimis mulieribus solent imposturis amulari, 22.
Conceptio in his, quæ partus fauorem respiciant, inchoata sufficit, 23.
Utriusque partus ancilla fertiva procehit, si illius possessor tempore copula bonam fidem habebat, etiamsi ante lapsum septem dierum, quibus conceptio perficitur, iusticiat in malam fidem, 24.

QVÆSTIO I.

Conceptio qua ætate, vel quibus diebus immisso, iam in uterum semine facta credatur?

Vix frequenter in iure nostro adeo conceptioni plurimum tribuitur, ut ab ipsa, vel seruitus, vel libertas, aut denique status, vel successio proveniat, l. & seruorum 5. l. Imperator 18. ff. de statu hominum, l. emancipatum, §. 1. de Senatoribus, l. 2. §. in quo quoque de decurionibus, l. ex facto, §. ex facto ad Trebel. l. De Elity, C. de decurionibus lib. 10. aut de restitutio. & ea quæ parit, §. unum collatio. 4. §. sed etsi instituit de ingenuis, l. 1. de bonis damnator. l. fin. de sentent. passis. Nec parum habitura